

sessiones ^{o)} eorum intueri et propensioris gratie beneficio ^{p)} personas et res ipsorum una cum excellentissimo patre nostro Romanorum imperatore augusto manutenere ^{q)}. Notum igitur facimus omnibus Christi et ^{r)} imperii nostri fidelibus ^{s)} tam futuris quam presentibus, quod nos prefatam ecclesiam scilicet heremum Fontis Auellani cum universis eius pertinentiis in nostre tuitionis speciale patrocinium ^{t)} una cum predicto patre nostro tanta benivolentia suscepimus, ut omnia eidem ecclesie et fratribus inibi deo servientibus spectantia ea pace, que rebus fisci nostri debetur, semper perfrui velimus. Eapropter ^{u)} omnibus imperii nostri fidelibus, marchionibus, comitibus, civitatum consulibus, capitaneis, valvasoribus ^{v)} et universis ^{w)} publicam amministrationem ^{x)} gerentibus et ceteris quibuslibet hominibus sub debito ^{y)} fidelitatis, qua imperio ^{z)} astricti ^{a)} sunt, firmiter precipiendo mandamus, quatinus nichil umquam ^{b)} de omnibus possessionibus ^{c)}, que prefatis attinent ^{d)} fratribus, violenter aut contra voluntatem eorundem fratrum ^{e)} contingant aut tollant ac eos tam in hominibus quam in animalibus, tam in edibus ^{f)} quam in agris, in omnibus omnino rebus et locis ad ius eorum pertinentibus nulla prorsus tributorum vel angariarum aliorumve ^{g)} servitiorum exactione molestant, quoniam nos eosdem fratres ac possessiones ipsorum ab his ^{h)} exactionibus liberos de cetero et immunes fore statuimus. Ad augmentum quoque regalis gratie de fodro regali hanc eisdem fratribus indulgemus et concedimus ⁱ⁾ commoditatem ^{j)}, quatinus id de eorum manualibus ^{k)} et quibuslibet ipsorum ecclesiis et terris et hominibus, ubicumque proprias et eis spetialiter pertinentes habent possessiones, nec marchio, nec comes, nec capitaneus ^{l)}, nec ullus consulatus aut potestas, nec aliqua penitus exigat persona, sed ^{m)} tempore, quo illud dandum est, fratres predicti id per omnes ⁿ⁾ homines suos fideliter colligant et de ipso ob salutem anime nostre ^{o)} ad utilitatem ecclesie sue disponant. In eiusdem quoque ^{p)} fodri collectione talem eis modum inponimus ^{q)} et diffinimus ^{r)}, ut a singulis hominum suorum focus ^{s)}, qui ipsi

^{o)} posesiones D ^{p)} beneficio CD;
 die unterschiedliche Schreibung c in BE und t in CD wird im folgenden nicht mehr ausgewiesen ^{q)} manuteneres D ^{r)} et fehlt E ^{s)} fedelibus D ^{t)} pa durch Faltung zerstört B ^{u)} prop durch Faltung zerstört B ^{v)} valvassoribus C ^{w)} huniversis D ^{x)} administrationem D, aministrationem E ^{y)} o durch Faltung zerstört B ^{z)} imperio — firmiter durch Faltung zerstört B
^{a)} abstricti D ^{b)} unquam CD ^{c)} posessionibus D ^{d)} actinent CD ^{e)} fratrum durch Faltung zerstört B ^{f)} hedibus D ^{g)} aliorum vel E ^{h)} hiis D
ⁱ⁾ et conced durch Faltung zerstört B ^{j)} commodit durch Loch zerstört B
^{k)} i durch Faltung zerstört B ^{l)} ca durch Faltung zerstört B ^{m)} set B
ⁿ⁾ omnes über der Zeile nachgetragen B, fehlt D ^{o)} nost durch Faltung zerstört B ^{p)} que B ^{q)} imponimus C ^{r)} definimus CE ^{s)} locis E